



FERIA III. AD LAUDES

I.

Per Annum.


1. Ant.

II. d

C



Antáte Dómino, † * et bene-dí-ci-te nómi-ni e-jus.



E U O U A E.

Tempore Paschali.

Ant.

II. d

A



L-le-lú-ja, * al-le-lú- ja, al-le-lú-ja. E U O U A E.

Psalmus 95

Cantáte Dómino cánticum novum: * cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedícite nómini ejus: * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirábilia ejus.

Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium dæmónia: * Dóminus autem coelos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu ejus: * sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriae Gén-
tium, ꝛ afferte Dómino glóri-
am et honórem: * afferte Dó-
mino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in
átria ejus: * adoráte Dómi-
num in átrio sancto ejus.

Commovéatur a fácie ejus
univérsa terra: * dícite in
Géntibus quia Dóminus re-
gnávit.

Etenim corréxit orbem ter

ræ qui non commovébitur: *
judicábit pópulos in æqui-
táte.

Læténtur coeli, et exsúltet
terra: ꝛ commovéatur mare,
et plenitúdo ejus: * gaudé-
bunt campi, et ómnia quæ in
eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia li-
gna silvárum a fácie Dómini,
quia venit: * quóniam venit
judicáre terram.

Anti-
phona




Cantá-te Dómino, et bene-dí-ci-te nómi-ni e-jus.

2. Ant.

VI. f



A-lu-tá-re * vultus me- i De- us me- us.



E U O U A E.

Psalmus 42

Júdica me, Dómine, et di-
scérne causam meam de
gente non sancta: * ab hómi-
ne iníquo et dolóso érué me.

Quia tu es, Deus, fortitúdo
mea: ꝛ quare me reppulisti? *
et quare tristis incédo, dum
affligit me inimícus?

Emítte lucem tuam et veri-
tátem tuam: ꝛ ipsa me de-
duxérunt, et adduxérunt in
montem sanctum tuum, * et
in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei: *
ad Deum, qui lætífacit juven-
tútem meam.

Confitébor tibi in cíthara,
Deus, Deus meus: * quare tri-
stis es, ánima mea, et quare
contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam ad-
huc confitébor illi: * salutáre
vultus mei, et Deus meus.

Anti-
phona




Sa-lu-tá-re vultus me- i De- us me- us.

3. Ant.

I. g 3



Llúmina Dómine * vultum tu- um super nos.



E U O U A E.

Psalmus 66

Deus misereátur nostri et
benedícat nobis: * illú-
minet vultum suum super
nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra vi-
am tuam: * in ómnibus gén-
tibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli
Deus: * confiteántur tibi pó-
puli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes:

ζ quóniam júdicas pópulos
in æquitáte, * et gentes in ter-
ra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli
Deus, ζ confiteántur tibi pó-
puli omnes: * terra dedit fru-
ctum suum.

Benedícat nos Deus, Deus
noster, benedícat nos Deus: *
et métuant eum omnes fines
terræ.

Anti-
phona




Illúmina Dómine * vultum tu- um super nos.

4. Ant.
VII. a

E



X- al-tá- te * re-gem sæcu-ló-rum in opé- ri-bus



vestris. E U O U A E.

Canticum Tobiaë.

Tob. 13. 1.

Magnus es, Dómine, in
ætérnum: * et in ómnia
sæcula regnum tuum:

Quóniam tu flagéas, et sal-
vas: ζ dedúcis ad ínferos, et
redúcis: * et non est qui effú-
giat manum tuam.

Confitémini Dómino, filii
Israël, * et in conspéctu gén-
tium laudáte eum:

Quóniam ídeo dispérsit vos
inter Gentes, quæ ígnorant
eum, * ut vos enarrétis mira-
bília ejus,

Et faciátis scire eos, * quia
non est álius Deus omnípo-
tens præter eum.

Ipse castigávit nos propter
iniquitátes nostras: * et ipse
salvábit nos propter miseri-

córdiam suam.

Aspícite ergo quæ fecit no-
bísicum, ζ et cum timóre et
tremóre confitémini illi: *
Regémque sæculórum exaltáte
in opéribus vestris.

Ego autem in terra captivi-
tátis meæ confitébor illi: *
quóniam osténdit majestátem
suam in gentem peccatrícem.

Convertímini ítaque, pecca-
tóres, ζ et fácite justítiam co-
ram Deo, * credentes quod
fáciat vobíscum misericórdi-
am suam:


Ego autem, et ánima mea *
in eo lætábimur.

Benedícite Dóminum, om-
nes elécti ejus: * ágite dies læ-
títiæ, et confitémini illi.

Anti-
phona



Ex-al-tá- te re-gem sæcu-ló-rum in opé- ri-bus




vestris.


5. Ant.

II. d

L



Audá-te † * nomen Dómi-ni, qui sta-tis in domo



Dómi-ni. E U O U A E.

Psalmus 134

Laudáte nomen Dómini, *
Laudáte servi Dóminum.

Qui statis in domo Dómi-
ni, * in átriis domus Dei nos-
tri.

Laudáte Dóminum, quia
bonus Dóminus: * psállite
nómini ejus, quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit sibi
Dóminus, * Israël in posse-
sionem sibi.

Quia ego cognóvi quod ma-
gnus est Dóminus, * et Deus
noster præ ómnibus diis.

Omnia quæcúmque víluit,
Dóminus fecit in cælo et in
terra, * in mari et in ómni-
bus abýssis.

Edúcens nubes ab extrémó
terræ: * fúlgora in plúviam
fecit.

Qui prodúcit ventos de

thessáuris suis: * qui percús-
sit primogénita Ægýpti ab
hómine usque ad pecus.

Et misit signa et prodígia in
medio tui Ægýpte: * in Pha-
raónem et in omnes servos
ejus.

Qui percússit gentes multas:
* et occídit reges fortes.

Sehon regem Amorrhæó-
rum, et Og regem Basan, * et
ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hæ-
reditátem, * hæreditátem
Israël pópulo suo.

Dómine nomen tuum in
ætérnum: * Dómine memo-
riále tuum in generatiónem
et generatiónem.

Quia judicábit Dóminus
pópulum suum: * et in servis
suis deprecábitur.

Simulácula géntium argéntum et aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquéntur: * óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non áudient: * neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símilis illis fiant qui faciunt ea: * et omnes qui confidunt

in eis.

Domus Israél benedicite Dómino: * domus Aaron benedicite Dómino.


Domus Levi benedicite Dómino: * qui timétis Dóminum, benedicite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jerúsalem.

Anti-
phona



Laudá-te nomen Dómi-ni, qui sta-tis in domo Dó-



mi-ni.

Tempore Paschali.

Anti-
phona



Al-le-lú-ja, al-le-lú- ja, al-le-lú-ja.

Capitulum.

Galat. 6,2.


Nox præcésit, dies autem
aapropinquavit. ζ Abji-
ciámus ergo ópera tenebrá-

rum, et induámur arma lucis.
* Sicut in die honéste ambu-
lémus. ⚡ Deo grátias.

Per Annum.

Hymn.
IV.

A




- les di- é- i núnti- us Lucem propínquam præ-ci-



nit: Nos exci-tá-tor ménti- um, jam Christus ad vitam vocat.




2. Auférte, clamat, léctulos, Ægro sopó-re dé-si-des: Castíque,




recti ac sóbri- i Vigílá-te: jam sum próximus. 3. Je-sum ci- á-




mus vóci-bus, Flentes, precántes, sóbri- i: Inténta suppli-cá-




ti- o Dormí-re cor mundum ve-tat. 4. Tu Christe somnum




sícute, Tu rumpe noctis víncu-la, Tu solve peccá-tum ve-tus,



Novúmque lumen ínge-re. 5. De-o Patri sit glóri- a, E-jús-



que so- li Fí- li- o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Nunc et per o-



mne sǎ-cu-lum. A-men.

✠ Repléti sumus mane misericórdia tua.

⌘ Exsultávimus et delectáti sumus.

Bened.

VII. a

- ré-xit nobis * Dóminus cornu sa-lú-tis in domo

Da-vid pú- e-ri su- i. E U O U A E.

II.

Nisi habentur Antiphonæ propriæ.

1. Ant.

VIII.

E- le * iniqui-tá-tem me- am Dómi-ne, se-cúndum

multi-tú-dinem mi-se-ra-ti- ó-nem tu- árum. E U O U A E.

Psalmus 50. Miserere mei Deus, pag. 12.

2. Ant.

VIII. c


Iscér- ne * causam me- am, De- us, de gen- te non

sancta. E U O U A E. *Ps. 42 Júdica me Deus, pag. 122.*

3. Ant.

VIII. g *

E- us * mi-se-re- á-tur nostri, et be- nedí-cat nos.



E U O U A E. Ps. 66. Deus misereatur nostri, pag. 123.

4. Ant.
VIII. g

C



Orrí-pi- es me Dómine. E U O U A E.

Canticum Ezechiaë

Is. 38. 10.

Ego dixi: in dimídio dié-
rum meórum * vadam ad
portas ínferi.

Quæsívi resíduum annó-
rum meórum. * Dixi : Non
vidébo Dóminum Deum in
terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ul-
tra, * et habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est, et
convolúta est a me, * quasi
tabernáculum pastórum.

Præcísá est velut a texénte,
vita mea: ζ dum adhuc ordí-
rer, succídít me: * de mane
usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane, *
quasi leo sic contrívít ómnia
ossa mea:

De mane usque ad véspe-
ram fínies me: ζ sicut pullus
hirúndinis sic clamábo, * me-
ditábor ut colúmba:

Attenuáti sunt óculi mei, *

suspiciéntes in excélsum:

Dómine, vim pátiór, re-
spónde pro me. * Quid di-
cam, aut quid respondébit
mihi, cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes an-
nos meos * in amaritúdine
ánimæ meæ.

Dómine, si sic vívitur, et in
tálibus vita spíritus mei, ζ
corrípies me et vivificábis me.
* Ecce in pace amaritúdo
mea amaríssima:

Tu autem eruísti ánimam
meam ut non períret: * proje-
císti post tergum tuum óm-
nia peccáta mea.

Quia non inférnus confité-
bitur tibi, neque mors laudá-
bit te: * non exspectábunt qui
descéndunt in lacum, veritá-
tem tuam.


Vivens vivens ipse confitébi-
tur tibi, sicut et ego hódie: *

pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Dómine, salvum me fac, *

et psalmos nostros cantabimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.


Antiphona



Corrí-pi- es me Dómine, et vi-vi- fi-cábis me.

5. Ant.
III. b

L



Audá-te Dóminum, * qui- a benígnus est, et in ser-



vis su- is depre-cábi-tur. E U O U A E.

Ps. 134. Laudate nomen Dómini, pag. 125.

Reliqua ut supra, pag. 80, quando non habentur propria.

FERIA III. AD PRIMAM

Hymnus ut supra, pag. 15 et 86, nisi aliter notetur.

Tempore Paschli Ant. Allelúja, pag. 17 (pro Dominicis Temp. Paschalis). Sic per tempus paschale in Officio Fe-

riali et in Festis communibus, ad Primam, Teriam, Sextam, Nonam et Completorium, Ant. Allelúja cantatur ut easdem Horas in Dominicis Temporis Paschalis.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II, pag. 88.

Ant.
VIII. c

D



E- us me- us. E U O U A E.

Psalmus 24 I.

AD te, Dómine, levávi ánimam meam: * Deus meus in te confído, non erubescam.

Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univérsti qui sústinent te non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * supervácue.

Vias tuas, Dómine, demónstra mihi: * et sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, et

doce me: * quia tu es, Deus, salvátor meus, et te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, ζ et misericordiárum tarum, quæ a sáculo sunt.

Delícta juventútis meæ, * et ignorántias meas ne memínaris.

Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu: * propter bonitátem tuam Dómine.

Psalmus 24 II.

Dulcis et rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit deliquéntibus in via.

Dírige mansuétos in iudicio: * docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini, misericórdia et véritas, * requiréntibus testaméntum ejus et testimónia ejus.

Propter nomen tuum Dómine propitiáberis peccáto

meo: * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum? * legem státuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur: * et semen ejus hereditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum: * et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis.

Psalmus 24 I.

Oculi mei semper ad Dóminum: * quóniam ipse evéllit de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserére mei: * quia únicus et pauper

sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt: * de necessitatibus meis érue me.

Vide humilitátem meam, et

labórem meum: * et dimítte
univérſa delicta mea.

Réſpice inimícos meos quó-
niam multiplicáti sunt, * et
ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, et

érue me: * non erubéſcam,
quóniam sperávi in te.

Innocéntes et recti adhæſé-
runt mihi: * quia sustínui te.

Líbera, Deus, Israëł, * ex
ómnibus tribulatiónibus suis.

Quando ad Laudes dictus fuit Ps. 50., Miserere mei Deus, hic subjungitur Ps. 95. Cantáte Dómino, ut supra, pag. 121.

Anti-
phona



De-us me- us, in te confi- do, non e-rubéscam.

Tempore Paschali, Ant. Allelúja, allelúja, allelúja. pag. 22.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut supra Feria II., pag. 89.

In Feriali Officio extra Temp. Pasch., Capitulum Pacem et veritátem, pag. 90.


Reliqua ut supra Feria II., pag. 91, et Dominica, pag. 22.

FERIA III. AD TERTIAM

Hymnus ut supra, pag. 93 et 30.

Ant.
VIII. g

R



Espé-xit me. E U O U A E.

Tempore Paschali, Ant. Allelúja, pag. 31.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., pag. 94.

Psalmus 39 I.

Exspéctans expectávi Dó-
minum, * et inténdit mi-
hi.

Et exaudivit preces meas: *

et edúxit me de lacu misériae,
et de luto fácis.

Et státuit super petram pe-
des meos: * et diréxit gressus

meos.

Et immisit in os meum canticum novum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, et timébunt: * et sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen Dómini spes ejus: * et non respexit in vanitátes et insánias falsas.

Multa fecisti tu, Dómine, Deus meus, mirabília tua: * et cogitatióibus tuis non est qui símilis tibi.

Annuntiávi et locútus sum: * multiplicáti sunt super número.

Sacrificium et oblatiónem noluisti: * aures autem perfecisti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti: * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus, volui, et legem tuam in médio cordis mei.

Psalmus 39 II.

Annuntiávi justítiam tuam in ecclésia magna, ꝛ ecce lábia mea non prohibébo: * Dómine, tu scísti.

Justítiam tuam non abscondi in corde meo: * veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam et veritátem tuam * a concílio multo.

Tu autem, Dómine, ne longe fácias miseratiónes tuas a me: * misericórdia tua et véri-

tas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est número: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, et non pótui ut vidérem.

Multiplicáti sunt semper capillos cápitis mei: * et cor meum derelínquit me.

Compláceat tibi Dómine ut éruas me: * Dómine ad adiuvándum me respice.

Psalmus 39 I.

Confundántur et reveréantur simul, ꝛ qui quærunt ánimam meam, * ut áuferant

eam.

Confundántur retrórsum, et reveréantur * qui volunt mihi

mala.

Ferant confestim confusiónem suam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsultent et lætèntur super te omnes quærèntes te: ζ et dicant semper: Magnificèntur Dóminus: * qui díligunt no-

men tuum.

Ego autem mendícus sum et pauper: * Dóminus sollícitus est mei.

Adjútor meus, et protèctor meus tu es: * Deus meus, ne tardáveris.

Anti-
phona

Respexit me, et exau-dí-vit depreca- ti- ónem me-

am Dómi-nus.

Tempore Paschali, Ant. Allelúja, allelúja, allelúja, pag. 36.

In Feriali Officio reliqua ut supra Feria II., pag. 96.

FERIA III. AD SEXTAM

Hymnus ut supra, pag. 99 et 37.

Ant.
VIII. g

Uscepí-sti me Dómine. E U O U A E.

Tempore Paschali, Ant. Allelúja, pag. 31.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., pag. 100.

Psalmus 40

Beátus qui intélligit super | in die mala liberábit eum Dó-
egénium, et páuperem: * | minus.

Dóminus consérvet eum, et vivíicet eum, ζ et beátum fáciat eum in terra: * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus: * univérsum stratum ejus versásti in inirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine miserére mei: * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur, et períbit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, * et loquebátur in idípsum.

Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei: * advérsum me cogitábant mala mi-

hi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me: * numquid qui dormit non adjíciet ut resúrgat.

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi: * qui edébat panes meos, magniicávit super me supplantatiónem.

Tu autem, Dómine, miserére mei, et resúscita me: * et retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluísti me: * quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepísti: * et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus, Deus Israël, a sáculo et usque in sáculum: * fiat, fiat.

Psalmus 41 I.

Quemádmódum desíderat cervus ad fontes aquarum: * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: * quando véniam, et apparebo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrimæ meæ

panes die ac nocte: * dum dicitur mihi cottídie: * Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam: ζ quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, * usque ad domum Dei.

In voce exsultatiónis, et con-

fessi6nis: * sonus epulantis.
Quare tristis es, 6nima mea?
* et quare conturbas me?

Spera in Deo, qu6niam ad-
huc conit6bor illi: * salut6re
vultus mei, et Deus meus.

Psalmus 41 II.

AD meípsum 6nima mea
conturb6ta est: * propt6r-
ea memor tui de terra Jor-
d6nis, et Herm6niim a mon-
te m6dico.

Abýssus abýssum ínvocat, *
in voce cataract6rum tu6rum.

Omnia exc6lsa tua, et luctus
tui * super me transi6runt.

In die mand6vit D6minus
miseric6rdiam suam: * et no-
cte c6nticum ejus.

Apud me or6tio Deo vit6
me6, * dicam Deo: Susc6ptor
meus es.

Quare oblítus es mei? * et
quare contrist6tus inc6do,
dum affligit me inimicus?

Dum confringúntur ossa
mea, * exprobraverunt mihi
qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per sín-
gulos dies; ꝛ Ubi est deus tu-
us? quare tristis es, 6nima
mea? * et quare conturbas
me?

Spera in Deo, qu6niam ad-
huc conit6bor illi: * salut6re
vultus mei, et Deus meus.



Susce-pí-sti me D6mine, et confirm6sti me in con-
sp6ctu tu- o.

Tempore Paschali, Ant. Allelúja, allelúja, allelúja, pag. 43.


Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., pag. 102.

FERIA III. AD NONAM

Hymnus ut supra, pag. 105 et 44.

Ant.

II. d



Alvá-sti nos. E U O U A E.

Tempore Paschali, Ant. Allelúja, pag. 45.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II, pag. 106.

Psalmus 43 I.

Deus, áuribus nostris au-
dívimus: * patres nostri
annuntiavérunt nobis:

Opus quod operátus es in
diébus eórum, * et in diébus
antíquis.

Manus tua gentes dispérdi-
dit, et plantásti eos: * afflixí-
sti pópulos, et expulísti eos.

Nec enim in gládio suo
possederunt terram, * et brá-
chium eórum non salvávit
eos:

Sed délixtera tua, et bráchi-
um tuum, et illuminátgio
vultus tui: * quóniam com-
placuísti in eis.

Tu es ipse Rex meus et De-
us meus: * qui mandas salú-
tes Jacob.

In te inimícos nostros ven-
tilábimus cornu: * et in nó-
mine tuo spernémus insur-
géntes in nobis.

Non enim in arcu meo spe-
rábo: * et gládius meus non
salábit me.

Salvásti enim nos de affli-
géntibus nos: * et odiéntes
nos confundísti.

In Deo laudábimur tota die:
* et in nómine tuo confité-
bimur in sáeculum.

Psalmus 43 II.

Nunc autem repulísti et
confudísti nos: * et non
egrediéris, Deus, in virtútibus

nostris.

Avertísti nos retrórsum post
inimícos nostros: * et qui o-

dérunt nos, diripiébant sibi.

Dedísti nos tamquam oves escárum: * et in géntibus dispersísti nos.

Vendidísti pópulum tuum sine prétio: * et non fuit multitúdo in commutatió-nibus eórum.

Posuísti nos oppróbrium vicínis nostris, * subsannatió-nem et derísium his qui sunt in circúitu nostro.

Posuísti nos in similitúdi-nem géntibus: * commotió-nem cápitis in pópulis.

Tota die verecúndia mea

contra me est, * et confúsió faciéi meæ cooperuit me:

A voce exprobántis et oblo-quentis: * a fácie inimíci et persequéntis.

Hæc omnia venérunt super nos, nec oblíti sumus te: * et iníque non égimus in testa-ménto tuo.

Et non recéssit retro cor no-strum: * et declinásti sérmitas nostras a via tua:

Quóniam humiliásti nos in loco afflictiónis, * et cooperu-it nos umbra mortis.

Psalmus 43 III.

Si oblíti sumus nomen Dei nostri, * et si expándimus manus nostras ad Deum ali-énium:

Nonne Deus requíret ista? * ipse enim novit abscondita cordis.

Quóniam propter te mor-tificámur tota die: * æstimáti sumus sicut oves occisiónis.

Exsúrge, quare obdórmis Dómine? * exsúrge, et ne re-

péllas in finem.

Quare faciém tuam avértis, * obliviscéris inópiæ nostræ et tribulatiónis nostræ?


Quóniam humiliáta est in púlvere ánima nostra: * con-glutinátus est in terra venter noster.

Exsúrge Dómine, ádjuva nos: * er rédime nos propter nomen tuum.

Anti-
phona



Salvásti nos Dómine, et in nómine tu-o confi-té-



bimur in sæcu-la.

Tempore Paschali, Ant. Allelúja, allelúja, allelúja, pag. 50.

Aliis Temporibus in Feriali Officio, Antiphona ut Feria II., pag. 108.


FERIA III. AD VESPERAS

1. Ant.
VIII. g



Q

Ui hábi-tas * in cœ- lis, mi-se-ré-re nobis.



E U O U A E.

Tempore Paschali.

Ant.
VIII. g



A

Ll-le-lú-ja, * al-le-lú- ja, al-le-lú-ja. E U O U A E.

Psalmus 122

AD te levávi óculos meos,
* qui hábitas in cælis.

Ecce, sicut óculi servórum *
in mániibus dominórum suó-
rum,

Sicut óculi ancillæ in má-
nibus dómínæ suæ: * ita ócu-
li nostri ad Dóminum, De-
um nostrum, donec misereá-

tur nostri.

Miserére nostri, Dómine,
miserére nostri: * quia mul-
tum repléti sumus despecti-
óne:

Quia multum repléta est
ánima nostra: * oppróbrium
abundántibus, et despectio
supérbis.


Anti-
phona




Qui hábi-tas in cœ- lis, mi-se-ré-re nobis.

2. Ant.

I. g 2



Dju-tó-ri- um nostrum * in nó-mine Dó-mi-ni.



E U O U A E.

Psalmus 123

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel: * nisi quia Dóminus erat in nobis,

Cum exsúrgerent hómines in nos, * forte vivos deglutís-sent nos:

Cum irascerétur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit á-ni-ma nostra: * fórsitan pertran-sísset ánima nostra aquam in-

tolerábilem.

Benedíctus Dóminus qui non dedit nos * in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erépta est * de láqueo venán-tium:

Láqueus contrítus est, * et nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nó-mine Dómini, * qui fecit cœ-lum et terram.


Anti-
phona



Adju-tó-ri- um nostrum in nó-mine Dó-mi-ni.

3. Ant.

I. f



N circú- i- tu pópu-li su- i * Dó-minus, ex hoc

nunc, et usque in sácu-lum. E U O U A E.

Psalmus 124

Qui confidunt in Dómino,
sicut mons Sion: * non
commovébitur in aeternum,
qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus: ζ et
Dóminus in circúitu pópu-
li sui, * ex hoc nunc et usque
in sáculum.

Quia non relínquet Dómi-
nus virgam peccatórum super

sortem justórum: * ut non
exténdant justi ad iniquitá-
tem manus suas.

Bénéfac, Dómine, bonis, *
et rectis corde.

Declinántes autem in obli-
gatiónes addúcet Dóminus
cum operántibus iniquitátem:
* pax super Israel.

Anti-
phona



In circú- i- tu pópu-li su- i Dó-minus, ex hoc


nunc, et usque in sácu-lum.

4. Ant.

VII. a



Agni-fi-cávit Dómi-nus * fáce-re nobíscum: facti



sumus læ-tántes. E U O U A E.

Psalmus 125

IN converténdo Dóminus
captivitátem Sion: * facti
sumus sicut consoláti:

Tunc replétum est gáudio
os nostrum: * et lingua nos-
tra exsultatióne.

Tunc dicent inter gentes: *
Magnificávit Dóminus fácere
cum eis.

Magnificávit Dóminus fá-
cere nobíscum: * facti sumus

læ-tántes.

Convérte, Dómine, captivi-
tátem nostram, * sicut tor-
rens in Austro.

Qui séminant in lácrimis, *
in exsultatióne metent.


Eúntes ibant et flebant, *
mitténtes sémina sua.

Veniéntes autem vénient
cum exsultatióne, * portántes
manípulos suos.

Anti-
phona



Magni-fi-cávit Dómi-nus fá-ce-re nobíscum: facti



sumus læ-tántes.


5. Ant.

V. a

D



Dominus ædí-fi-cet * nobis domum, et custódi-at



ci-vi-tá-tem. E U O U A E.

Psalmus 126

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.


Cum déderit diléctis suis somnum: ꝛ ecce heréditas Dómini filii: * merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis: * ita filii excussórum.

Beátus vir, qui implévit desiderium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.



Dóminus æd- fi-cet nobis domum, et custó-di- at



ci-vi-tá-tem.

Tempore Paschali.



Alle-lú-ja, al-le-lú- ja, al-le-lú-ja.


Capitulum.

2. Cor. 1. 3-4.

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, ꝛ Pater misericordiárum,

et Deus totíus consolatiónis, * qui consoláture nos in omni tribulatióne nostra.

Hymn.



Ellúris alme Cón-di-tor, Mundi so-lum qui sé-parans,

Feria Tertia ad Vesperas

Pulsis aquæ mo-lésti-is, terram dedísti immóbi-lem: 2. Ut
germen aptum prófe-rens, Fulvis de-có-ra flóri-bus, Fœcún-
da fructu síste-ret, Pastúmque gra-tum rédde-ret. 3. Mentis
perústæ vúlne-ra Munda vi-ró-re grá-ti-æ: Ut facta fle-tu
dí-lu-at, Mo-túsque pravos át-te-rat. 4. Jussis tu-is obtémpe-
ret, Nullis ma-lis appróximet: Bonis reple-ri gáude-at, Et
mortis ictum nésci-at. 5. Præsta, pa-ter pi-íssime, Patrique
compar U-ni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Regnans per
omne sá-cu-lum. A-men.

✠ Dirigátur Dómine orátio mea.
 ✠ Sicut incensum in conspéctu tuo.

Magn.

V. a

E

Xsultá-vit * spí-ri-tus me- us in De- o sa-lu- tá-ri

me- o. E U O U A E.

Preces, quando dicendæ sunt, ut supra Feria II., pag. 118.

FERIA III. AD COMPLETORIUM

Ant.

VIII. g

T

U Dómine. E U O U A E.

Tempore Paschali, Ant. Allelúja, pag. 65.

Psalmus 11

Salvum me fac, Dómine,
 quóniam defécit sanctus: *
 quóniam diminútæ sunt veri-
 tates a fíliis hóminum.

Vana locúti sunt unusquís-
 que ad próximum suum: * lá-
 bia dolósa, in corde et corde
 locúti sunt.

Dispédat Dóminus univér-
 sa lábia dolósa, * et linguam
 magníloquam.

Qui dixerunt: Linguam no-

stram magnificábimus, * lábi-
 a nostra a nobis sunt, quis
 noster Dóminus est?

Propter misériam ínopum,
 et gémitum páuperum, *
 nunc exsúrgam, dicit Dómi-
 nus.

Ponam in salutári: * fiduci-
 áliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia ca-
 sta: * argéntum igne ex ami-
 nátum, probátum terræ pur-

gátum séptuplum.

Tu, Dómine, servábis nos: *
et custódies nos a generatióne
hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant:
* secúndum altitúdinem tu-
am multiplicásti filios hómi-
num.

Psalmus 12

Usquequo, Dómine, obli-
ciscéris me in finem? *
Usquequo avértis faciém tu-
am a me?

Quámdui ponam consília
in ánima mea, * dolórem in
corde meo per diem?

Usquequo exaltábitur inimí-
cus meus super me? * réspice,
et exáudi me, Dómine, Deus
meus.

Illúmina óculos meos ne
umquam obdórmiam in mor-

te: ζ nequándo dicat inimí-
cus meus: * Præválui advérsus
eum.

Qui tríbulant me, exsultá-
bunt si motus fúero: * ego
autem in misericórdia tua
sperávi.

Exsultábit cor meum in sa-
lutári tuo: ζ cantábo Dómino
qui bona retríbuit mihi: * et
psallam nómini Dómini al-
tíssimi.

Psalmus 15

Consérva me, Dómine,
quóniam sperávi in te. *
Dixi Dómino: Deus meus es
tu, quóniam bonórum meó-
rum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra
ejus, * mirificávit omnes vo-
luntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmi-
tátes eórum: * póstea accel-
vérunt.

Non congregábo conven-
tícula eórum de sanguínibus,
* nec memor ero nóminum

eórum per lábia mea.

Dóminus pars hereditátis
meæ, et cálicis mei: * tu es,
qui restítues hereditátem me-
am mihi.

Funes cecidérunt mihi in
præcláris: * étenim heréditas
mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui
tríbuit mihi intelléctum: *
ínsuper et usque ad noctem
increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in
conspéctu meo semper: *

quóniam adextris est mihi,
ne commóvear.

Propter hoc hoc lætátum est
cor meum, et exultávit lín-
gua mea: * ínsuper et caro
mea requiészet inspe.

Quóniam non derelínques


ánimam meamin inférno: *
nec dabis sanctum tuum vi-
dère corruptiónem.

Notas mihi fecísti vías vitæ,
ꝛ adimplébis me lætítia cum
vultu tuo: * delectatiónes in
déktera tua usque in finem.

Anti-
phona



Tu Dómine servábis nos, et custódi- es nos in æ-



térnum.

Tempore Paschali, Ant. Allelúja, allelúja, allelúja, pag. 67.

